

ribus coherent, & tum actio L. Aquiliae locum invenit, l. 27. §. 25. ff. ad L. Aquil. Quod si verò fructus isti sunt *maturi & edibiles*, tum iterum distingvo: vel decerpuntur vescendi gratia, & tum neque actio neque poena furti locum habet; vel decerpuntur contrectandi & auferendi causa propter lucrum, tum quidem decerpens tenetur furti, non tamen ordinariè, sed extra ordinem pro iudicis arbitrio punitur. Covarruv. l. 1. c. 3. num. 13. Var. Resol. fol. 23. Et in Relect. c. peccatum de R. I. part. 2 in 6. num. 3. f. 512. Zieriz. ad h. artic. p. 176. Decian. l. 2. c. 19. num. 14. f. 56. Crimin. Gilhausen ad h. artic. f. 57. Adde Coler. part. 1. Decis. 144. num. 26. pag. 320. Berlich. part. 5. Concl. 52. num. 13. fol. 99. Blumblach. ad h. artic. p. 379. & 380. Ubi egregiè casus distinctos ponit & concludit. Quando autem fructus *non sunt edibiles*, uti segetes à solo separatæ, gramen defalcatum & simile, tunc fur iste gravius punitur. Vide Stephan. hic pag. 198.

ARTIC. CLXVIII.

Furum lignariorum & arborum furtim caesarum poena.

Von Holz stehlen/oder verbotener Weiß
abzuhauen.

S jemand sein Holz dem andern heimlich hinweg führet / das ist einem Diebstal gleich / nach Gestalt der Sachen zu straffen. Welcher aber in eines andern Holz heliger und verbottener Weiß hauet/der sol gestrafft werden/nach Gewonheit jedes Lands/ oder Orts. Doch wo einer zu ungewöhnlicher oder verbottener Zeit / als bey der Nacht / oder Feyertagen / einem andern sein Holz/ gefährlicher und diebischer Weise abhauet/der ist nach Rath/ härter zu straffen.

AD ARTIC. CLXVIII.
ARGUMENTUM.

Qui alterius ligna jam tum caesa clam abducit, pro qualitate delicti, ut fur: sed qui alterius sylvam ingreditur, & ibi clam arbores succidit, pro more cuiusque regionis & loci puniri debet: quamvis ejusmodi fur juxta consilium Prudentum durius sit coercendus si tempore nocturno & diebus feriatis id ausus fuerit perpetrare.

EXE.